15 §.

Profetiae Definitio et possibilitas.

Miraculo accedit profetia quo, revelationis vindicatorio character, de quo criterio j. notandum fuit illud idem esse miraculum dictum j. eloquio istorum est aut profetia in sensu dogmatico praedictio certa et accurata eventus libere et contingenter futuri, qui nullo modo vel per se vel per signum aliquod antecedens a spiritu finito cognoscitur, quae praedictio solummodo in confirmationem doctrinae suae proferri potest.

Ex data definitione patet. 1. Profetiam veram esse miraculum cum in universis viribus naturae nulla sit, quae cognitionem eventuum libere et contingenter futurorum absque indiciis praeviis aut circumstantiis percipere et juxta hanc cognitionem certa et apodictica eloquia proponere possit, unde profetia recte a quibusdam dicitur miraculum cognitionis aut scientiae.

2. Cum nec ab homine nec a spiritu finito vaticinia proferri possint, consequens est a solo Deo res libere et contingenter ~~[illegible]~~ futuras cognosci certo et revelari posse, uti etiam historia sacra docet, solum Deum